



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput IV. Hieronymus a super Parabolas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

lati vesici : igitur nec etiam aliena rapere propter extremam necessitatem licet. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, verum esse, non licere idolothycis vesici cap. si quis carnem 13. 30. dis. docent Petrus Gregor. lib. 9. Syntag. cap. 1. Dorleans ad Tacitum lib. 2. fol. 291. Mancinus de trip. jur. collat. cap. 95. ne ita sacrificis Gentilium Christianus assentire videatur : tamen urgente famis necessitate licet illis vesici , quia cum praecepsum vita conservandae sit juris naturalis , prohibito autem illa tantum sit juris positivi, ideo quando duo praecepta simul concurrunt, quorum unum

est juris naturalis , aliud vero juris positivi, iuri naturali, quod praevaleat , est standum, ut tradunt in specie Molina de justitia tract. 5. disput. 62. Aegid. Corinth. tract. de fide, disput. 15. num. 54. Vaquez in 1. 2. disput. 162. cap. 2. & 5. Si autem cogatur quis idolothycis vesici in idolorum cultum, tunc procedit textus in dict. cap. sicut satius ; quia potius debet pati mortem , quam idolatria consentire , ut docuerunt Victoria in relect. de usi cibor. numer. 3. Acunna in capit. presbyter 33. numer. final. 50. dicit.

C A P U T I V .

Hieronymus a super Parabolas.

Qui cum fure partitur, odit animam suam. Non fur solū, sed ille reus tenetur, qui furti conscius, querente posseflore non indicat.

N O T A E

I. a **D. Hieronymus.**) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 6. priora verba sunt capituli 29. Proverbiorum; posteriora verba D. Hieronymi, seu alterius Interpretis ea exponentis, In d. cap. 29. ita legitur: *Qui cum fure partitur, odit animam suam, adjurantem audit, & non judicat.* Quæ exponit Salazar tom. 2. in Proverb. cap. 29. vers. 24. Illa verò non fur solū, &c. sunt D. Hieronymi, ut leguntur in ipsa Glossa ordinaria.

C O M M E N T A R I U M .

Ex hoc textu sequens deducitur assertio: *Non solū fur est, qui rem furatur, verum & qui domino requirenti rem furtivam non indicat.* Quæ assertio probari potest ex d. cap. dilectus, de excessione. Pralat. l. 1. & 2. ff. de receptatoribus, l. 2. Cred. ibi, congruit 13. ff. de offic. Presid. l. sed si quis, §. fiduo, l. falsus, §. qui alium, l. qui vas 48. §. qui cum fure, ff. defurtis, l. incivile 2. l. civile 15. l. si mancipium 23. C. eod l. idem, §. si tibi, ff. de condit. ob turp. l. solet, ff. de prescript. verb. l. ex quibus, §. Dominus, ff. de jure fisci, l. & Barbastrem, C. de fidejuss. l. rationem, C. ad leg. Cornel. de falfis, l. penult. C. ad leg. Jul. de vi public. l. presenti, C. de his qui ad Ecclesiast. l. 1. ff. ad leg. Jul. de vi public. Ex D. Gregorio in cap. 7. posse, qui affirmat propterea cunctum populum propter unius Acham furtum , qui contra preceptum Domini priuilo quendam supellestilia ex anathemate urbis Jericho surripuerat, severè punitur, quia differebat manifestatio criminis; & ideo populus in peccati consilio esse videbatur, quandiu crimen suppressum erat, ex legibus Ripuar. titul. 4. ibi: *Quod si in domo fuerit, & ei scrutinium, cuius est domus, contradixerit, fur habebetur.* Illustrant ultra repentes à Barbosa relatos in presenti, Petrus Gregor. lib. 1. partit. tit. 10. cap. 7. Covarr. in regul. peccatum, 2. part. §. 3. num. 4. Osvaldus lib. 14. Donel. capit. 25. littera L. Cujac. lib. 11. obler. cap. 48. Gutierrez lib. 1. canon. capit. 11. Flores de Mena lib. 1. var cap. 18. Farin. in praxi, q. 125. numer. 306. Molina de justitia tom. 4. tract. 3. disput. 4. num. 2. Suarez de censur. disput. 17. fecl. 3. num. 4. Mancinus sacri juris controver. cap. 11. Sayrus in clavi Regia lib. 9. cap. 14. D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

Gibalinus de censur 3. disput. 2. quest. 6. consecl. 4. 3. Sed hæc assertio difficilis redditur sequenti *impugnatur* consideratione; nam vel in præsenti fur *naturatur*, qui furem non indicat, vel qui rem furtivam non exhibet: sed neutro cafu, qui celat *tradita assertio.* rem, aut rem furtivam, ut fur tenetur: ergo male in præsenti assertur, eum participem furti judicari. Prior pars minoris propositionis probatur ex eo, nam nemo tenetur, immò nec potest infamare proximum, qui adhuc latet, nisi in criminæ hæresis, ut latè probat Gibalinus de censur. dict. disput. 1. q. 6. consecl. 3. per totum. Igitur non tenetur quis Domino indicare furem occultum. Secunda pars propositionis probatur ex eo; nam si teneretur ut furti particeps, propriè teneretur ut fur non manifestus: sed tenetur pœna furti manifesti ex l. 12. Tabul. 2. ita concepta: *Si furtum lance, licioque conceptum excit, atque uti manifestum vindicator.* Facit Aul. Gel. lib. II. noctium, cap. ultim. ibi: *Decemviri in 12. Tabulis ea furtar, quæ per lance, liciumque concepta essent, proinde ac si manifesta essent, vindicaverunt.* Igitur non reæ in præsenti docetur, eum qui celavit rem furtivam, nec domino requirenti, & reposcenti, indicavit, ut participem furti teneri.

Quæ dubitandi ratione ita fulcitæ non obstante, vera est præsens assertio, cuius ratio provenit ex eo, quia novâ contrectatione nova nascitur furti obligatio: & ideo furtum committit, qui rem alienam scienter receptat, l. 2. l. ev. C. de furt. dedit. l. 1. ff. pro emptore, l. 5. §. quinimo, ff. commodatis; nam non dissimile crimen est rapere, quam raptam rem celare, l. 1. ff. de recept. l. congruit 13. ff. de offic. Presid. l. 1. C. de his, qui latrones: quia agentes & consente[n]tes pari pœna puniuntur, l. 1. si quis 34. cum duab. sequent. ff. de furt. l. si servus 27. §. si quis ff. ad leg. Aquil. l. hac lege. §. 1 ff. ad leg. Ital. pecul. §. interdum. Inst. de oblig. quæ ex delict. docent Osvaldus lib. 15. comment. Donel. cap. 29. litera D. Farinac. defurtis quest. 166. ex n. 56. Quare is, penes quem res furtiva inventitur, eam restituere Domino pertinenti tenetur, etiam si rem pretio emerit, l. 2. l. 5. C. de furtis, l. 2. & 3. C. de R. P. propter suspcionem participati furti: quare ab ignotis res emere incivile est, l. 5. ibi: *Ab ignoto & transeunte te emisse dicere non convenit: C. de furtis Carolus Pi-* pinius lib. 5. capit. cap. 29. *Vt nullus comparet cavallū,* bovem,

bovem, vel aliam rem, nisi illum hominem cognoscat, qui ei vendiderit, aut de quo pago est, vel ubi manet. Et l.8. tit.2. lib 7. leg. V. visigothi, notavit Suarius ad Sidonium libr. 6. epistola 4. Haec tamen doctrina procedit eo casu, quo is, qui à fure rem subreptam, vel ejus partem accepit, sciens & dolo malo fecit, non si ignorans accepit, quia tunc particeps criminis non est, nec actione furti tenetur. Cantera qq. crimin. cap. 8. Farinacius de furt. quaq. 133. num. 99. nam ad hoc, ut futem receptans, vel rem furatam celans teneatur ex furto, necessarium omnino est, ut scienter id faciat, dict. l. eos, C. de furtis, l.1. & 2. ff. de recept. l.2. §. quamvis. ff. de servo corrupto, l. sacrilegii 6. §. ultim. ff. ad leg. Iul. pecul. Et ideo sciens si reperit, tenetur, quamvis non habeat animum sibi lucrandi, leg. si quis preferendum, ff. eodem. Unde recte Div. Hieronymus in praesentia participantem furti credi eum, qui Domino querenti, & reposcenti rem furtivam celat, & non restituit. Dubium tamen est, an ex eo, quod res furtiva apud aliquem reperiatur, presumatur ipsam subtraxisse, nisi doceat à quo habuerit? Et dicendum est, simpliciter, & absoluè presumendum non esse contra eum, qui talen rem furtivam haberet; sed ita demum, si propter qualitatem persona, & frequentiam hujusmodi actuum censeatur suspectus de furto, & participation cum fure; vel si minori pretio, vel clandestinè quis emerit: nam ex his indicis, & aliis similibus presumitur scientia, dolus, & malitia, l. dolum, C. de dolo: notant Bartolus & Baldus in l. incivile, C. de furtis: qui docent: ex his & aliis circumstantiis posse judicem devenire ad torturam, argumento legis de minore, §. tormenta ff. de quaest. Unde si persona apud quare res furtiva inventur, sit gravis, & honesta, tunc nec contra eum presumitur, nec debet torqueri, l. non omnis, §. à Barbaris, ff. de re militar. Nec contrarium probat textus in l. minorem, C. ad legem Cornel. defals. ubi docetur, quod qui utitur falso instrumento, presumuntur indicandi illud fabricasse. Nam respondeo, illum textum procedere eo casu dumtaxat, in quo loquitur, nempe quando quis falso instrumento utitur: nam tunc presumuntur illud fabricasse, nisi exprimat personam, que fecit: non vero quando instrumentum falso reperitur penes eum. Docuit Angelus ibi.

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa, pro cuius prioris partis solutione querunt DD. an iudex possit imperare manifestationem, non modo furti, verum & auctoris ipsius? & Gutierrez libr. 1. can. cap. 11. num. 11. Nevizantius lib 3. silva nuptialis, num. 30. docent judicem ex officio posse jubere, sibi prodi furem, non vero si ad instantiam partis procedat. Sed communiter repentes in praesenti docent, ex mandato judicis furem indicandum esse ex praesenti textu, & ex cap. 2. de offic. ordin. cap. dilectus, de excessib. Prelator. Quod verum credo pricipue ubi necessitas ad est cognoscendi furem, quia etiam si notum sit ubi nam habeatur res furtiva; recuperari tamen nequit, nisi manifestato fure, ut docuit Gibalinus de censur. disquisit. 2. qu. 6. consil. 4. Hoc tamen non procedit, quando indicaro fure timeri potest ejus ultimum supplicium; tunc enim melius est tacere, ut D. Augustin. affirmit in cap. ne quis arbitretur, cap. 14. 22. q. 2. ubi scribit, quod licet perfectus, & spiritualis homo pro alterius vita non possit mentiri, potest tamen, & debet verum occultare,

quoniam illud est mentiri, hoc tantum verum celare; sicut aliud est falsum dicere, aliud verum tacere. Et sic ex sententia D. Augustini nemo tenetur furem prodere, quando periculum vita timeatur. Generaliter ergo iudex potest subditos compellere ad indicandum furem, argumento legis 3. ff. de offic. Presid. l.1. cum duabus sequent. ff. de ser. vs fugit. Unde deducitur; jure optimo Episcopos literas monitorias decernere, non solum pro rebus subreptis, verum & pro fure indicando, juxta Concilii Tridenti decretum sef. 25. de reform cap. 3. vers. Quapropter: cuius dispositio non solum fulcitur decisione textus in cap. ad nos fram 20. de jurejur. verum & ea ratione, nam ad officium judicis spectat fures inquirere, & punire, dict. l.2. cap. 1. de offic. ordin. Et cum Episcopus ratione peccati iudex sit competens, etiam inter laicos, cap. novit, ubi probavi, de judicis ideo potest per dictas literas monitorias cogere laicos fures indicare juxta dictum canonem Concil. Trident. quem latè explicat Theophilus Raynaud tom. 4. intract. de litt. monit. Nec obstat alia pars ipsius dubitandi rationis, que proprius ad praesentem textum spectat; liquidem in eo non agitur de obligatione indicandi furem, sed exhibendi rem furtivam. Pro cuius solutione sciendum est, olim furtum conceptum dici, quando res furtiva per lancem, & licium inquisita requirebatur, juxta formam, quam ex Gellio, & aliis illustrat Petrus Pitheus libr. 1. adversar. cap. 1. & is apud quem res inventa erat, tanquam sur manifestus tenetur usque dum Justinianus eam furti speciem cum aliis abrogavit in §. furtorum, Instit. de obligat. que ex delict. Et ita novo jure poena tantum furti non manifesti tenetur. Unde praesens textus dum ait, eum qui rem furtivam querenti domino non indicat, furti teneri, intelligendus est de furo non manifesto, juxta novam Justiniani constitutionem; non vero de furo manifesto, secundum antiquam legem decemviralem supra relatan.

Verum supra traditæ assertio obstat textus in 6. l. idem 4. ff. de condit. ob turpem caus. ubi inquit Expon. Consultus, quod si Tito indicum dederit (inde turpum est præmium, quod indici præstatur, l. qui vas tu in l. 48. §. 9. ff. de furt.) ut fugitivum servum meum in 4. ff. de dicit, vel furem rerum mearum, non potero quod condit. dedi repeteret, quia turpiter Titus non accipit. ob turp. Igitur quia ad rem furtivam in dicandam nemotetur, alias non licet pecuniam pro tali indicatione accipere; & etiam deducitur, licitum esse accipere pecuniam, ut quis rem furtivam non indicet; si enim rem furtivam indicare mihi liberum est, non indicare iridem mihi liberum est; cum contrarium eadem sit ratio, & doctrina, l. 1. & 2. ff. de his qui sunt sui, vel alieni, lessicontra 35. ff. de vulgar. l. qui filium 64. ff. de legat. 3. leg. ult. C. de indic. viduitate. Unde cognito uno de contraria, cognoscitur & aliud, d. l. et si contra leg. penale. & ibi Baldus C. de solut. & posito uno contrario in esse, removetur reliquum, l. inter me 25. ff. de except. rei indic. l. Pomponius 40. §. sed & is. ff. de procurat. l. hec verba 124. ff. de V. S. Hinc quod operatur propositum in proposito, idem operatur oppositum in opposito, leg. ultim. de calumniat. l. final. Cod. de fruct. & huius expens. Ergo si licet præmium accipere pro indicando, vel non, re furtiva, ex eo maximè est quia talis indicationis nulla necessitas à jure competit. Pro primæ difficultatis expositione dicendum est, in specie textus in dict. leg. 4. & in l. solent ff. de

de prescript. verb. pecuniam acceptam , vel promissam in præmium non fuisse pro simplici manifestatione servi fugitiivi, vel furis , quia pro ea præsumtum recepi non poterat, ut post alias docet Lessius de iust. lib. 2. cap. 14. numer. 66. sed tantum pro labore , & industria requirendi servum fugitivum , aut aliam rem furtivam , ejusque furem . Quæ interpretatio colligitur ex d. l. solent , ibi : Solent etiam mercedes hujus rei accipere . Ubi Consultus appellat mercedem , quod datum est causâ indicandi furem : sed merces propriè dicitur , quod datur respectu proprii laboris ; unde constat , in eo textu non tam pro indicatione , quam pro ipso labore mercedem accipi . Juxta quam solutionem accipiendo est Ulpianus in l. fassus 44. §. qui alienam , ff. de furtis , ubi scribit , cum qui ten alienam invenit , non posse petere inventio- nis præmium pro restitutione rei inventæ : quod non procedit , ut excludatur justa compensatio laboris , & expensarum factarum in inventione ejusdem rei ; nam pro labore habito in requiren- date justa merces recipitur , ut notarunt Alber- cus , & Jaso in d. l. 4. §. sibi , ff. de condit. ob turp. Felinus in cap. delicti , numer. 3. de accusat. sed eo calo procedit Consultus , quando nihil invenitum est ; tunc enim gratis alienam rem inven- tam domino restituere tenetur inventor , cap. ff. squid invenisti 14. qu. 5. Molina de iust. tract. 2. disf. 83. num. 6. Lessius d. cap. 14. num. 66. Go- mez lib. 3. var. cap. 5 num. 2. Azevedus in leg. 6. iii. 15. lib. 4. recop. Barbofa hic , nam final. Nec obstat secunda difficultas , quia in præsenti casu ratio diversa est , quæ diversum jus inducit ; nam indicate furem recipit publicam utilitatem , ut scelera puniantur ; & propterea permisum est ; pecuniam accipere , ut fur indicetur , nec turpi- ter accepta dicitur : at non indicate furem , est contra publicam utilitatem , & propterea pecu- niæ turpiter datam , & acceptam esse traditur in d. l. idem si , vers. Item si dederit . Per hoc enim lucrum , quod quis percipit , interfur damnum Republicæ , cuius interest ne crima contegar- tur , sed malefactores pœni subiiciantur , dicit. leg. congrui , ff. de officiis Presidio : Docuit Andreas Clodius ad titul. ff. de condit. ob turp. cap. 3. num. 70.

7. Secundò supra traditis obstat textus in l. qui vas

48. §. qui furem , ff. de furtis , in illis verbis: Qui Expos- furem novit , sive indicet eum , sive non indicet , furem nitur l. non est . Ex quibus expressè deditur , eum qui qui vas furem non indicat , furem non esse . Ergo non 48. s. rectè in præsenti asserimus , furti participem esse qui fu- rem , qui domino requirent rem furtivam illam rem , ff. non indicat . Pro cuius difficultatis solutione Ana- de furt. nia hic , num. 3. Batbola , num. 1. Covarr. dicit. §. 3. num. 5. Suarez de censur. disfut. 17. secl. 3. num. 8. Mena diel. quest. 18. num. 8. asserunt Hieronymum in præsenti agere de furti culpa , non quoad obligationem restituendi , itaut concius fur- ti illud quærenti domino non indicans lethaliter peccet , quod probari videtur ex illis verbis: Oc- cedit animam suam ; quæ de interiori reatum mor- tali accipienda sunt : non verò asserere sanctum Doctorem , cum actione furti teneri , juxta dictam legem qui vas , §. qui furem . Sed hæc interpretatio facile refellitur ex verbis præsens textus , ex qui- bus constat , reum furti esse , qui Domino non in- dicat rem furtivam : quare verius dicendum est in d. §. qui furem , non agi de indicante , vel non rem furtivam , quam etiam jure civili quis exhibere co- gebatur , alia furti concepi , vel non exhibiti actio- ne tenebatur ; sed de indicante furem , vel non , quem etiæ celans furti teneatur , tamen non indi- cans , ut fur non punitur , ut expressè docetur in fi- ne ejusdem §. qui furem , & notavit Gothof. in d. l. 4. ff. de condit. ob turp.

Ex suprà traditis lucem accipit textus in l. servus 8. 36. ff. de condit. indeb. ubi refert Paulus , servum Expo- cujusdam magidem (id est vas , quo farina subigi- nitur l. tur) insidente domino commodasse , & eum cui servus commodaverat , pignori tradidisse : & ait Consul- 36. ff. de tuts , quod si , qui pignori accepit , alienam esse condit. sciebat , furti eum teneri , quia sciens rem alienam indeb.) pignori accepit ; lecus verò si nesciisset alienam rem esse ; nam servus , qui non habebat pecuniæ administrationem , distrahens magidem nescien- te domino , furtum commisit l. interdum , §. cum autem , ff. de furtis , l. si liber , C. quod cum eo , l. qui a servo 16. ff. de O. & A. docuit Cujac. lib. 15. obser. cap. 18. Unde qui sciens magidem ipsam pignori accepit , furtum commisit , quia quamvis non haberet animum lucrificandi , tamen rem furtivam scienter detinebat nec domino inquirenti indicabat.

C A P U T V.

Alexander III^a Cremonensi Episcopo.

EX litteris tuis , si bene meminimus , auribus nostris innotuit , & dil. fil. I. b subdiaconi nostri diligens relatio patefecit , quod B. lator præsentium calicem quen- dam in Ecclesia minus caute dimissum invenit : quem licet avaritia cupiditate rapuerit , & insipienter longo tempore detinuerit , postea tamen pœnitentia ductus Presbytero in confessione excessum suum humiliter , & reverenter aperuit , Ecclesiæ juxta eundem Presbyteri consilium pro ut dignum fuit , exinde satisfecit . Unde quo- niam propter hoc ipsum tuæ fraternitatis discrecio dubitat ordinare , prudentiæ tuæ per A. s. p. m. quat. si prædictus B. spontanea voluntate sui animi confessus fuerit hujusmodi præsumptionis excessum , & exinde Ecclesiæ , cuius calix fuerit , satisfecit , nec est super hoc notâ , vel infamia manifesta respersus , post peractam pœnitentiam , aut congruam partem pœnitentia , dummodo aliæ ipsum idoneum esse cognoscas , ad sacros ordines non dubites d^r promovere.